

**RHETORICA; RECOGNOVIT
BREVIQUE ADNOTATIONE
CRITICA INSTRUXIT A.S.
WILKINS. TOMUS I, LIBROS DE
ORATORE TRES CONTINENS**

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649134359

Rhetorica; recognovit brevis adnotatione critica instruit A.S. Wilkins. Tomus I, Libros de oratore tres continens by M. Tulli Ciceronis

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.
Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

www.triestepublishing.com

M. TULLI CICERONIS

**RHETORICA; RECOGNOVIT
BREVIQUE ADNOTATIONE
CRITICA INSTRUXIT A.S.
WILKINS. TOMUS I, LIBROS DE
ORATORE TRES CONTINENS**

LL
C5684rW

M. TVLLI C̄ICERONIS

RHETORICA

RECOGNOVIT

BREVIQVE ADNOTATIONE CRITICA INSTRVXIT

A. S. WILKINS

LINGVAE LATINAE APVD MANCVNIENSES PROFESSOR
& COLL. DIV. JOH. CANT.

TOMVS I

LIBROS DE ORATORE TRES

CONTINENS

118910
57.5/11

OXONII

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO



OXONII

Exudebat Horatius Hart

Typographus academicus

PA

6294

A2

1902

t1



PRAEFATIO

SATIS iamdudum inter omnes constat codices librorum de Oratore Tullianorum in tria cadere genera. Qui nobis haud parum stabile fundamentum quo nitamur praebent, hi ne Ellendtio (1840) quidem viro de Cicerone optime merito noti sunt: sed utpote nono sive decimo saeculo exscripti a scribis indoctis illis quidem sed optima fide archetypum quantum poterant reddentibus, magni sunt faciendi. Horum familiam ducit

(H) Codex Harleianus 2736.

Textum scriba alter paulo inferioris aetatis ex altero satis bono codice correxit: tertia manus iudicio parum cauto prisca quaedam amovit. Hunc ipse in Museo Britannico contuli, neque opem collationis a Francisco Rühllo viro doctissimo factae sprevi. Praebet autem i. 1-128, 157-194; ii. 13-90; ii. 92-iii. 17; iii. 110-ad finem. Sequitur vel magis lacer, et in non nullis locis manu non multum recentiore suppletus

(A) Codex Abrincensis 238.


Insunt ii. 19-50; 60-245; ii. 288-iii. 18; iii. 110-148; iii. 171-ad fin. Manus supplevit altera ii. 233-245; iii. 148-171. Collatione usus sum a Schneidewinio illo facta, sed et lectiones quas auctoribus E. de Leutschio et F. Heerdegenio praebet Friedrichius non neglexi. Non eiusdem aetatis neque fidei tam integrae est

(E) Codex Erlangensis 848.

Insunt i. 1-123; ii. 19-90, ii. 92-233; ii. 288-iii. 17; iii. 110-148; iii. 171-ad finem. Lacunas manus recens (ε) ex

PRAEFATIO

integro quodam libro levissimae auctoritatis explevit. Consultit vir clarissimus Carolus Halmius, qui qua erat semper benevolentia mihi opus suum utendum dedit, adhibitis quoque collationibus a Stroebelio et a Stanglio factis. Qualis inter hos testes intercedat cognatio primus docuit luculenter Stroebelius, illo stemmate instituto :



Ad optimos testes accedit quoque liber Vatic. Reg. 1762 (*R*) in quo presbyter quidam Hadoardus non nulla ex libris de Oratore primo et altero excerpsit ut quasi epitome fieret.

Alterum genus codicum mutilorum multo minoris est faciendum. Nam quarto decimo demum vel quinto decimo saeculo exscripti sunt ex codicibus sive his quos nominavimus, id quod de multis satis patet, sive aliis eiusdem generis non melioribus, ita ut secure liceat neglegere. Et si quid hic illic melius expiscari datur, non nisi coniecturae felicitis loco est ponendum. Adde quod non satis diligenter plerique sunt collati, ita ut fidem Lagomarsinio veteri multa de codicibus Italis suppeditanti saepius dare non queamus. Horum testimonium siglo (*m*) sive ex uno et altero sive e pluribus ductum indicare satis esse habuimus.

Tertium genus est codicum longe plurimorum, qui textum praebent integrum sed eundem minime fidum, utpote mendis plurimis scatentem et Italorum manibus passim interpolatum. Hic autem oritur inter doctos quaestio vexatissima. Nam cum litteris Latinis iam renascentibus

PRAEFATIO

olim per mutilos tantum codices noti essent libri de Oratore, felici quodam casu Laude Pompeia invenit Gerardus Landrianus episcopus codicem integrum satis antiquum, quem lectu difficillimum Mediolanum misit ad Gasparinum Barzizam, virum id temporis doctissimum ut suos in usus excuteret. Qui liber nescimus quo casu mox periit. Sed brevi totam per Italiam permanavit magnus numerus codicum iam integrorum. Qualis vero fuerit adfinitas inter hanc turbam et codicem illum Laudensem, ut Friedrichii verbis utar, hodie in tenebris latet et opinor semper latebit. Sunt qui putent lacunas tantum expletas fuisse: sunt qui censeant totum codicem Mediolanenses parum diligenter et summa festinatione exscripsisse. Neque tamen tanta inter codices integros exstat similitudo ut his facile credamus ex uno fonte esse derivatos adfirmantibus.

Duos tamen (*P*) Palatinum 1469, et (*O*) Ottobonianum 2057 cum ad Laudensem propius accedere videantur delegimus cuius indicium saepius citaremus: quod cum congruat Friedrichium secuti siglo *L* notavimus.

Editionum veterum vulgata lectio (*vulg.*) codicum integrorum fide nititur, mendis patentibus Itolorum ferme coniecturis amotis; nec operae pretium esse duximus quis primus manum medicam attulerit exquirere. Difficilius sane opus erat iudicare utrum codices mutili verba non nulla incuria omiserint—hoc enim modo sescenties peccatum est—an recentiores interpolationem passi sint. Sensu tamen non repugnante breviorē fere lectionem probare maluimus, codicum indole iam accuratius cognita.

Neque vero id egimus ut plenum, quod aiunt, apparatus criticum efficiamus. Ne mutili quidem si quid titubaverunt, ut est scribarum plane rem nescientium, semper

PRAEFATIO

exscribere placuit. Semper autem religionis esse putavimus si quid recenter a viris doctis nullo codice adsentiente correctum est, et rei et auctoris mentionem facere. Ex erroribus codicum mutilorum satis esse duximus eos tantum commemorare qui aut indolem codicum indicant, aut viam corrigendi docent; et precamur ne quis vitio vertat si in re incerta parum nobis constiterimus. Textus non multum discrepat ab eo quem cum notis Anglice conscriptis Oxonii ante hos annos edidimus; neque fas esse duximus non iterum satis diligenter et textum et testimonia retractare. De formis verborum, id quod voluerunt viri doctissimi qui Prelo Academico praesunt, Brambachio duce usi sumus, nisi quod codicibus iubentibus *oti, imperi* etc. scripsimus; qua de re nescio an non erraverimus, habemus enim Reidium nostrum consentientem. Denique grates sunt agenda cum typothetis sollertissimis, tum ei qui summa diligentia schedas corrigendas curavit, et menda non nulla dum relegit ipse sustulit.

*Mancunii scribebamus
Id. Oct. MDCCCL.*

